


lucrum, quo sensu in Basilicis institutiones Captatoriae dicuntur gratiae repensatrices, scilicet factae repensandi futuri nondum accepti beneficii gratia, quemadmodum observavit Cuiacius lib. 6. respons. Papiniani ad l. Captatorias, dispositio vero in alterius voluntatem collata, ideo iure prohibita fuit, non quia captiosa fuisset, sed quia iudicarent Consulti, testamentorum iura per se firma esse oportere, nec ab alieno pendere arbitrio. Unde cum dispositio testatoris ad interrogationem facta a suo tantum dimanet arbitrio, liberum enim illi est testari, vel non heredem instituere eum, de quo interrogatus est, vel non instituere, nihil captiosis huiusmodi institutionem habere dicendum est, & validam fore omni cessante fraude in interrogatione, iuxta praedictam communem opinionem.

Denique non obstat ratio tradita supra num. 11. pro contraria opinione, nam licet iuris expressa decisione cautum non sit, testameta huiusmodi valere, tamen communi Doctorum assensu ita recep-

tum est; quare, & si lege expressa testandi haec forma introducta non sit, nihilominus valere debet ex rationibus, quas in illius comprobationem congerunt Doctores; nec in eo fraudibus aperitur via, fraude imò interveniente nullius roboris erit dispositio, ut dicitur infra cap. seq. num. 14. & quod haec opinio secure teneri possit, licet lege expressa casus decisus non sit ex eo etiam demonstratur, ut obiectioni integre satisfaciam, quia non est necessarium legem allegare ubi ratio allegatur. Thom. de Thomaset. in florib. legum, regula 109. Et etiam, quia tot Authoritates maiorum non sunt improbandae, l. Iulianus, ff. de iudicijs, l. ad exhibendum, C. ad exhibendum, & expressum dicitur a lege, quod maiorum Authoritate firmatur Ioseph de Sesse, decis. 310. nu. 7. & denique, quia haec est opinio Glossae, cuius autoritas praevalet inter opiniones, & qui adheret ei nunquam erravit. Gutierrez de matrimonio cap. 44. num. 59.

Cevallos in Praefat. ad practic. ex num. 61. cum seqq.

CA-



CAPUT XXI.

DE AMPLIATIONIBVS ET LIMITATIONIBVS ad Glossam in lege iubemus, C. de testamentis, & de suspicionibus falsitatis, de suggestionibus, de furore, de metu, de testamento facto a moribundo, & de alijs, quae a Doctoribus latissime scripta sunt, hic tamen breviter, & in compendium reducuntur.

SUMMARIUM.

Conclusio contenta capite antecedenti ampliatur. 1. Etiam si ad privatae personae interrogationem testamentum conditum sit. 1. Limitatur si suspicio aliqua detur. 2. Ampliatur. 2. Etiam si notarius praesens non sit. 3. Et etiam si is qui interroget legatarius sit. 4. Limitatur si ab heredem fiat interrogatio. 5. Et a propinquis vel a persona suspecta. 6. Ampliatur. 3. Etiam si non constet testatorem testari voluisse. 7.

Limitatur si suspicio detur falsitatis. 8. Ampliatur. 4. etiam si a persona suspecta fiat interrogatio. 9. Ampliatur. 5. etiam si de toto testamento interrogatus sit. 10. Ampliatur. 6. Etiam si testator balbutiat. 11. Testamentum factum ad interrogationem tollit primum solemniter conditum. 12. Limitatur si dubitatur de eius valore. 13. Conclusio principalis limitatur. 1. Quando falsi suspicio adest. 14. Falsi suspicio in civilibus pro falsitate habetur. 15.

Sus-

- Suspicio falsi arbitrio iudicis relinquitur. 16.
- Testamentum factum ad interrogationem suggestionem carere debet. 17.
- Suggestionis coniectura est si testamentum in scio testatore scriptum sit. 18.
- Si testatore nolente, vel recusante sit conditum. 19.
- Si testator non vocavit notarium. 20.
- Sufficit quod de voluntate testatoris notarius sit vocatus. 21.
- Nostri facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. 22.
- Notarius in dubio à testatore vocatus intelligitur. 23.
- Cum notarius ab hærede fuit adhibitus. 24.
- Cum à persona suspecta sit interrogatio. 25.
- Quando institutio facta fuit ad interrogationem eius qui adduxit notarium, & testes, & fecit ut institueretur. 26.
- Si instituti fuerint hæredes, qui dictaverunt testamentum. 27.
- Si non constat testatorem voluisse testari. 28.
- Si noctis tempore testamentum factum sit sine luminibus. 29.
- Noctis tempore que fiunt sine luminibus suspicione non carent. 30.
- Si instituti non sint, quos testator instituire debebat. 31.
- Propinquos suos instituire velle testatorem præsumendum est. 32.
- Pro suis, & non pro alienis laborare homines creduntur. 33.
- Si insolitum aliquid factum sit. 34.
- Dolus arguit ex nimia diligentia. 35. Et ex actuum vicinitate, & multiplicitate, & parva temporis distantia. 36.
- Quando facta dispositione clara fieret post modum alia obscura. 37.
- Quando suggestores non certioraverunt testatorem de aliquibus, que si scivisset, vel non vel aliter disposuisset. 38.
- Si aliquid testatori dicatur sollicitando eum, vel malum de aliquo dicendo. 39.
- Si suasionibus quibus testator alligitur fiant secreto. 40.
- Ex suasionibus, & precibus coniunctorum. 41.
- Quando suasores expullerunt ex presentia testatoris eum, qui ex dispositione lucrum prætendebat. 42.
- Si expulserant in alio testamento hæredes instituti. 43.
- Suasores tenentur actione de dolo. 44.
- Ex inimicitia suasoris cum hærede instituto, vel instituendo. 45.

- Noverca præsumitur inimica privigni. 46.
- Ex hæredasse filium præsumitur pater ad instigationem novercæ. 47.
- Si suasores non sibi sed alijs lucrum querant. 48.
- De suggestionibus, & precibus importunis qui egerint. 49.
- Et quomodo probetur, & quibus testibus. 50.
- Coniectura una suggestionis non sufficit ut deficiat testamentum. 51.
- Conclusio principalis limitatur. 2. Quando testator articulate non loquitur, & oppressus est infirmitate. 52.
- Moribundus non intelligit interrogationem. 53.
- Moribundus si interrogetur inter fecisti hominem solet dicere quod sic. 54.
- Moribundus si interrogatus respondeat, præsumitur quod respondet, ut à molestia interrogationis liberetur. 55.
- Vt si vertit modo in unam modo in aliam partem lecti egre ferens quod loquatur. 56.
- Et quando non libenter respondit sed importunate. 57.
- Si moribundus fuerit à persona suspecta interrogatus. 58.
- Si testamentum alio dictate fuerit factum, & moribundus interrogetur. 59.
- Si moribundus non loquatur articulate, nec alia verba nisi si vel non. 60.
- Moribundi facultatibus multa suggere solent. 61.
- In articulo mortis constitutus testari potest. 62.
- Si sana mentis sit, & articulate loquatur. 63.
- Non sana mentis præsumitur quando statim mortuus est. 64.
- De sana mente probabiliter dubitatur quando proximus morti est. 65.
- In articulo mortis quis dicatur esse. 66.
- Moriens verba dispositiva proferens favore illorum, qui infirmitati serviunt, animo cõplacendi censendum est dixisse. 67.
- Moribundus interrogatus à notario, quem non vocavit, non creditur voluisse testari. 68.
- Cõclusio principalis limitatur. 3. Quando testator sana mentis non est, & ad valorem testamenti integritas mentis requiritur. 69.
- Testari non possunt qui habent intellectum, vel memoriam lesam. 70.
- Sana mentis quilibet præsumitur. 71.
- Afferenti testamentum invalidum ex furoris causa incumbit onus probandi. 72.

Furoris multa sunt species, & di-
versis signis cognoscantur. 73.
Furiosus presumitur testator, qui
ante testamentum ea efficit,
quæ solent furiosi facere. 74.
Furoris signa generalia tradun-
tur. 75.
Furiosus semper presumitur quã-
do constat, quod furore effe-
ctus fuit. 76. Dum furor con-
tinuus sit. 78.
Testamentum factum ab eo, qui
furiosus est, non valet, nisi cõ-
stet tempore facti testamenti
furorem cessasse. 77.
Furiosus presumitur, qui nomen
suum ignorat. 79.
Et qui non habet memoriam or-
dinatam. 80.
Et qui ad rem non respondet. 81.
Et qui imaginibus falitur. 82.
Et qui spernit medicinas. 83.
Et qui spuit in facie notarij. 84.
Excipitur casus eius, qui habet
dilucida intervalla. 85.
Furiosus non potest dici, qui actus
aliquos facit ut in sanus, &
alios non. 86.
Insania concludenter probari de-
bet. 87.
Dementia testatoris ex qualita-
te dispositionis desumitur. 88.
Ut quando iussit quis cadaver
suum in mari proijci. 87.
Vel sepeleri cum cantibus, & so-
nis. 90.
Sana mens colligitur, & discreta

dispositione, & actus qualita-
te. 91.
Ut si anima sua cõsultit, vel con-
sanguineos heredes instituit. 92.
In sani testamenti non valet si pru-
denter sit conditum. 93.
Sana mens probatur ex dictis, &
gestis ante testamentum. 94.
Factus reputatur qui fatua lo-
quitur, & prudens, qui pruden-
ter loquitur. 95.
Sana mens probatur ex receptio-
ne Sacramentorum. 96.
Et ex assertionem notarij in testa-
mento. 97. Etiam si notarius
scripserit sanus corpore, &
mente languens. 98.
Testibus deponentibus de sana
mente creditur magis, quã
de insana. 99.
Limitatur, si testator sit in ar-
ticulo mortis. 100.
Et si de insania deponant medi-
ci. 101.
Furiosus an sit actus arbitrio iu-
dicis relinquatur. 102.
Conclusio principalis limitatur.
4. In testamento ad interro-
gationem metu facta, quod
nullum est. 103.
Leges odio habent insasiones sug-
gestionem, & adulationem. 104.
Metus probatur quando testator
condito testamento statim af-
firmavit se metu confecisse il-
lud. 105.
Et quando in testamento posita
est

est clausula protestationis
quod non vi sed sponte dispo-
nit. 106.
Et ex precibus importunis con-
iutorum. 107. & 109.
Persuasiones multa arguunt do-
lum, & metum. 108.
L. 1. tit. 19. par. 7. pöderatur. 109
Coniecturis, & presumptionibus
probatur metus. 110.
Heres qui vim inutilit testatori,
ut eum instituat, hereditate
privandus est. 111. Et si ab in-
testato successurus erat tene-
tur in duplum. 112.

Resolutio Glossæ in
lege iubemus 29. C. de
testamentis, quæ ca-
pite antecedenti, exornata est,
latam materiam in se conti-
net, & quæ ad praxim, & fo-
rum omnino necessaria est,
& instituto nostro Perfectio-
nis voluntatis convenit. Vn-
de post Theoricam traditã
circa testamentum ad inter-
rogationem, venit nunc am-
pliationes, & limitationes
breviter ut moris est descri-
bere. Conclusio igitur præ-
dictæ Glossæ cõmuniter a Do-
ctoribus secute contenta su-
pra capite antecedenti am-
pliatum primo etiam si ad pri-
vatæ personæ interrogatio-
nẽ testamentum conditum sit,

quia nulla videtur adesse dif-
ferentia, quod notarius inter-
roget, & scribat, vel privata
aliqua persona interrogante
testatoris respondentis volũ-
tatem annotet. Sic Corneus
conf. 77. n. 4. Ruinus conf. 2. n.
2. & conf. 12. n. 12. Menochius
conf. 45. n. 4. & 31. Gramma-
tic. decis. 46. n. 6. Rota decis.
638. n. 1. part. 1. Iulius Clar. §.
testam. q. 37. n. 3. Covarrub. in
cap. cum tibi detestam. n. 4. Gre-
gor. Lopez in l. 6. tit. 3. part. 6.
gloss. 1. Gratian. discept. forens.
cap. 659. n. 11. Thesaur. lib. 2.
forens. q. 99. n. 10. Castillo li. 4.
controv. c. 27. n. 59. Quidquid
minus recte dixerunt alij, ut
Bald. in d. l. iubemus num. 5. Ci-
fuentes in l. 3. Tauri n. 11. Aze-
ved. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. n.
157. Quorum opinio tantum
admittenda erit, quando sus-
picio aliqua subesse potest,
tunc ergo non nisi à notario
testator interrogari debet.
Surd. conf. 414. nu. 53. lib. 3. Fa-
rinacius conf. 97. n. 16. Castill.
cum multis nu. 60. Menoch.
de presumptionib. lib. 4. præf. 8.
num. 14.
3 Ampliatum secundo etiã
si notarius præsens non sit,
adhuc enim ad interrogatio-
nem privatæ personæ condi-
potest testamentum. Alcia-